

PARS ARTICULI II.  
ANTIQUETIKH.

78. *Auctiōēs partem Confessio nostra  
hū verbis concipit: Damnant Anabaptistas.  
qui sentiunt, hominibus damnatis ac Dia-  
bolis finem pænarum futurum esse. Da-  
mnant & alios, qui nunc spargunt Iudai-  
cas opiniones, quod ante resurrectionem  
mortuorum, pīj regnum mundi sint occu-  
paturi, ubique oppressis impijs.*

79. *Duas nimīrum errantium in hoc articulo  
classes constituit, Anabaptistarum unam: Iudai-  
zantium alteram: cuius utriusque feditas vel ex  
audā errorum recitatione cuivis sit obvia.*

80. *Quid enim absurdum magis, quid ab omni  
pietate alienius, quam unam & communem pio-  
rum & impiorum, electorum & Diabolorum  
sortem aliquando futuram cum fecerat Anabaptisti-  
ca & Origenica comminisci.*

81. *Oppositus fuit impietati huic jam olim in  
Synodo V. Universalis, Constantinopolitana, iste  
Canon, ordine nonus: Si quis dicit, aut sentit  
temporanea esse dæmonum & impiorum  
hominum tormenta, finemq; ea tempore  
aliquo habitura: sive, restitutionem dæ-  
monum*